



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti**

**Stengel, Carl**

**[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV**

IV. Febrvarii. B. Mavrvs Rabanvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38356**

**B**MAVRVS RABANVS cognomento MAGNENTIVS, Fuldae natus & sacro baptisme renatus fuit A. C. circiter DCCLXXXVI. In monasterio Fuldensi adhuc juvenis Monachum induit, & tam moribus, quam scientia mirabiliter profecit, virtute, innocentia, & morum sanctimoniam clarrisimus. Excelluit enim multipliciterum cognitione; quare S. Odilo Abbas Cluniensis sic eum praedicat: *RABANVS seculari scientia affatim eruditus: fide Catholica spirituali scientia ad plenum edocetus, tale de laude S. Crucis texuit opus, & texendo perfecit, quo pretiosissim ad videndum, amabilius ad legendum, dulcior ad retinendum, laboriosius ad scribendum non potest inveniri.* Item Thitemius: *Vir in diuinis literis & scripturis eruditissimus, & in secularibus literis nobiliter doctus Philosophus, Rhetor, Astronomus, & Poeta subtilissimus, cui (ut absq; invidia loquar) nec Italia similem, nec Germania peperit equalem.* Sed & magno judicio, magnaq; antiquitatis peritia excellentissimus Cardinalis Baronius tale ei encomium posuit: *Emicuit plane RABANVS, ut fulgentissimum sidus, cuius que extant scripta tanquam lucis radij excellentiam demonstrant auctoris, ut & iisdem illustrata Germania glorietur suum hanc ad eum imparem magnis habuisse Doctorem.*

Abbas creatus Fuldensis A. C. DCCCXXII. ætatis sue XXXV. vt cælestis ingenij ornamentis, & immensitate scientiarum, sic administrandi ratione, & ea percolendi, quæ præclare maiores inchoarant, clarum vti sidus inter Abbates emicuit.

Archiepiscop. Moguntinensis ordinatus est V. Kal. Iulij A. C. DCCCXLVII. Quid vero per nouem annos concilia frequentando, erroresque extirpando, munificentia & liberalitatis argumento vario gesserit, neque publicæ fidei, neque priuatæ eius Ecclesia monumenta silent, homo, vt loquitur Thitemius, in pauperes misericordissimus Obiit sanctitate clarus IV. die Febr. A. C. DCCCLVI.

ætatis sue circiter LXX. sepultus in S. Albani templo: inde vero Hallas in Saxoniam translatus est ab Archiepiscopo & Cardinale Alberto A. C. MDXV. Ex variis Scriptorib.



S. RABANVS ARCHIEP. MOGVNT. E. D.

ORD: S. BENED.

Plurima scripta manu Bracul monumenta reliquit,  
Alque fonscentes hic inopos aluit.

Immaculata  
is. oblin.  
Benedict

III  
II

D 2

IV, FE-